

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-838367-p0001-0

DFG

Nf. 23.



Q. D. B. V.

DE

ACTVVM ORATORIORVM
IN RE SCHOLASTICA
VTILITATE ET DAMNIS
PAVCA PRAEFATVS

AD

EXAMEN IVVENTVTIS SOLEMNE
IN PAEDAGOGIO REGIO

AD DIEM XXVIII ET XXIX MARTII CLOD IDCC XXXXIII

CONSTITVTVM

ORATIONESQVE VLTIMAS
EX CLASSE SELECTA VALEDICENTIVM

BENEVOLE AVDIENDAS

REI SCHOLASTICAE
PATRONOS ATQVE FAVTORES

PEROFFCIOSE ET HVMANITER

INVITAT

GEORGIVS SARGANECK
INSP. ADIVNCTVS.

HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS IOANNIS IUSTINI GERAVERI ACADEM. TYP.

56

6f.

ACTA VV. ORATORIUM
IN RE SCHOLASTICO
ALITATE ET DAMNIS
TACU. FRAETATAS
EXAMEN ILLAVNTATIS SOLUTVM
IN PEDAGOGIO REGIO
AD DNM XCVII ET XXII MARTH. CO. DEC XXII
CONSTITUTVM
ORGANIZZAE ALTIMAS
CIVASA SELECTA ACADEMICNTIA
ET SCHOLASTICA
HATRONAS AGOAE HATORES
PROLITERATA HUMANITATI
TATI
GEORGIAE SARGANEC
INSR. DIVINCAS
HIER. WEDERBRUGGE





uod amicissimus et de re scholastica præclare meritus Collegi
FREYERVS nuper admodum suppeditauit commendauit
que argumentum, prima quaque occasione tractandum:
id nunc paucis expediam prius, quam caussam agam illo-
rum, quorum nomini hoc, quidquid est, scriptio[n]is di-
catur.

Inter multas infirmitates atque mala, quibus iuuentus educanda ut plurimum
adfligitur atque impeditur, eminet profecto anxia illa timiditas pudor que pene sub-
rusticus: qui plerosque adolescentes, si quid in solemnitate loquendum aut agen-
dum est, non inuadere modo, sed adeo percellere solet, ut eare vniuersa etiam mens
sensa corporisque habitus contrubentur. Hoc ipsum grauem offundit animo
parvo caliginem, constringit pectus, vocem reddit difficilem, ingratam atque ti-
tubantem, captiuat membra, frangit et animi et corporis alacritatem: ad sum-
mam, toti homini, toti sermoni, totique actioni molestem aliquod et subodio-
sum conciliar dedecus. Quid, quod et ipsi valetudini, ætate inprimis tenerio-
re, non potest non multo esse detrimentum? Quanto grauius malum, at-
que per omnem vitam, ni iusto tempore tollatur, est nocitum: tanto ma-
ior ei debellando exstirpandoque cura merito adhibetur.

Non est huius loci nec instituti, in varias morbi huius tantum non epi-
demici inquirere origines: id quod tamen intermittere nulli possemus, si vel
consilia virorum cordiorum, quibus remedia optima huic morbo opponenda
suppeditarunt, colligere; vel quæ etiam nosmet ipsi apud varios varie hac in
re tentauimus, recensere nobis proposuimus. Amplius est hoc argumen-
tum, quam ut intra programmati terminos tractari queat,

Visitationes tantummodo methodos, quæ in scholis publicis publicee, ut fas est, et solemní quasi opera loco medelæ frequentissime adhiberi solent, casu quasi prætereuntes videbimus. Primum inter remedia timidari malorumque ab illa pendentium scholastica locum iam ab antiquis temporibus sibi vindicarunt comediae. * At quo iure, quam vario successu, quam inutili persæpe, plerumque vero lacrimando effectu, iam dudum perspexerunt scripsique publicis demonstrarunt viri cordatiores, quibus salus inuentus totiusque humani generis ab ipsa educandi ratione præcipue pendens curæ cordique fuit. ** Fac enim, historias biblicas nunquam in scenam produci, fabulisque permisere; fac etiam, vestimenta muliebria in perpetuum a theatro relegari; fac, arceri quæstum iniquum, comedationes inhumanas, scurriles imprias atque perulantiam indignissimam, et id genus quam plurima sanctæ IESU CHRISTI religionis opprobria (quibus amotis vix ac ne vix quidem quispiam ad ludum properabit, nisi inuitus): tamen ipsa vitiorum representatio, que ex legibus dramatis fieri debet quam efficacissime, non potest non inficere atque deprauare animos et ludentium et spectatorum; qui emendantur erant vtrique, non inquinandi atque corrumperi. Numirum comediae ex antiquorum more non nisi vitiorum imitationes fictæ atque de honestamenta sint, oportet. ***

Hoc tantisper meditanti facile occurret aliud comediarum genus, quod non vitiorum, sed virtutum tantummodo imitationem honoremque, vel si maius obseruantiam in scenam producit: cum re vera nihil intersit, vtrum Aristoteles hoc ludorum genus docuerit an ignorarit. Dedit etiam huius comediae regulas CL. RICHTERVS, Rector Annabergensis, peculiari programmata, quod in Actis scholast. anni 1742 p. 453 sqq exhibetur: quanquam ideo ludos hosce virtutum in usus scholasticos non commendauerit. Verum enim vero, qui rem seriam serio secum reputare velit, næ ille a se imprimere non poterit, vt vel actus scenicos pro remedii animi abiecti atque timorioris

* Huc etiam suo modo referendum est festum Gregorii scholasticum, de cuius origine videlicet Acta Scholast. Anni 1742 p. 11 sqq.

** Tractauit hoc argumentum fuisse atque moderate Clariss. Collega FREYERVS in programmata germanico, quod ordine est XVII et extat in fascic. program. p. 351 sqq. Legi etiam hac de re in primis meretur Georgii Grabouii Urtheil und Gutachten von Comedien und andern theatralischen Auffzügen und Schauspielen sc. mit Herrn M. Nicolai Haasens Fragen vor den jetzigen Schulcomedien, auch mit einiger Zugabe begleitet von M. Joh. Paul Gumprecht, Rect. des Lycei zu Lauban. Leipzig. 1715. 8.

*** Ita Celeb. GOTTSCHED im Versuch einer critischen Dichtkunst für die Deutschen P. II. c. XI. Die Comödie ist nichts anders als eine Nachahmung einer lafferbaren Handlung, die durch ihr lächerliches Wesen die Zuschauer belustigen, aber auch erbauen kann. So hat sie Aristoteles beschrieben. Scilicet antiquissimum quodque verissimum.

dioris, aut pro subsidiis virtutum habere, nēdum rei publicae scholasticæ commendare sustineat. Ut enim multa alia silens præteream, magna profecto ille imprudentia temeritatisque notam incurrat, necesse est, qui ad scopum quendam consequendum viam deligat incertam, tortuosam, iustoque longiorem, vbi alia datur perbreuis, certa et accommodata; qui remedia morbo leuiori opponat non solum periculosa, sed morbos longe plures longaque grauiores certo productura, vbi tamen præsto erant leniora et magis adæqua. Quis non succenscat aucupanti aliquid magnis sumtibus, ingenti opera, multo periculo, damnisque nulla ratione euitandis: quod exiguis impensis, leuiore studio, citra damna et pericula omnia nancisci potuisset?

Longe aliud ludorum scenicorum genus reique scholasticæ magis conueniens elaborauit, exercuit, commendauitque COMENIVS, magnus ille *Didacticus*, scholarumque suo tempore per multas Europa regiones Reformato celeberrimus. Hic vir de iuuentute christiana optime meritus, magnam exilii seniique sui partem in conquirendis experiendisque methodis consumxit, quibus labores scholastici et *faciliiores* et *certiores* et *iucundiores* redderentur omnes: vt adeo schola, quod antiquius audit, re ipsa eriam ludus fieret litterarius, docentibus æque ac discentibus oblectamento magis quam oneri. * Cum igitur facile animaduerteret, maximam partem tædii et molestiae ex præpostera linguarum docendarum methodo pendere: totus in id incubuit, qua ratione difficultates hic obuias leuaret, minueret, dispertiretur. RES ergo cum VOCIBVS simul, et res quidem magis adhuc atque prius quam voces ipsas docendas discendasque suasit: vtrumque vero iucundissima, breuiissima.

* Quæ vir pius de singulari hoc *problemate scholasticæ*, *Quomodo schole omnes in ludos verti possent*, in epistola ad Proceres Recip. Amstelodamensis dedicatoria, qua peculiarem libellum, SCHOLAM LVDVM, seu Encyclopidiam vitam, h. e. Iauanu linguarum praxin scenicam commendauit, inter alia differit: iudicio viorum rei scholasticæ peritorum relinquam. Postquam monuerat, officinas literarias apud Graecos γορὰς (oriz) apud Romanos vero *ludos* fuisse appellatos: „animaduertebant procul dubio, inquit, nihil perniciosius esse litterarum studiis, quam si discipuli naufragiabundi ad eas accedant, aut in eis detineantur. Quippe sic omnis opera luditur, dum iniuti litteris adhibiti e scholis tanquam pistrino festinant, pulchre secum agi existimantes, si quando e schole carecere in libertatis campos prorumpere detur. Optime igitur D. Lutherus A. 1526 de scholis eruditis ad Germaniae verbes paracletis scribens, votum addidit: *faciliorem aliquam et blandiorem optandam esse methodum, qua nemo deterretur, omnes potius allicerentur ad studia; et qua non minorem pueri vel patrem et studiis litterarum caperent, atque mucibus, pila, cursu, toto die lusirando*. Hac ille vir cordatus cordate omnino. Quæ voti si bona fuerint, cur non in effectum deducendi serio aliquis incubuerit? Aut si quis vel tandem in effectum deduci suadeat, modumque ostendere tentet, cur virtio veritatem? Grauiam tamen haec ludentis quasi methodi encodia suis circumferenda esse limitibus, nemo ibit infinitas, qui operositas, tardiorumque scholasticorum rationes non a sola methodo sed plurimis aliis adhuc rebus pendere vel leuiter cogitauerit.

uissima et certissima, quæ excogitari potest, methodo. Huic innituntur fundamento omnes eius libri scholastici, ad rationem ætatis profectuumque in cursus aliquot perquam prouide et naturæ conuenienter distributi. Totam ille voluit per compendia et cursus quosdam addisci lingua: nec tamen aliter, nisi per totum rerum diuinarum humanarumque Systema, cum res et rerum nomina nunquam non coniungi debeant. Hanc terum viuueritatem vestibulis, iannis, orbe pœtro, atrio, tandem vero etiam Encyclopaedia viva s. præxi scenica complexus est Vir tenere ætatis studiosissimus et amantissimus. Hoc postremum eo fine, vr et tota rerum omnium cognitione compendiaria et tota lingua simul quotannis ludendo absoluueretur: dispertito eleganti hoc syntagma in Aëtus (scenicos potius an oratorios vix definiuerim) octo, quorum quilibet denuo aliquot comprehendit scenas, et ita disposita omnia, vt solemnia hæc exercitia licer per annum octies recurrant, tamen nihil quidquam lectiōnibus ordinariis derogent, nec alia pariant incommoda aut detrimenta. Abest hic scurrilas omnis, abest magnificentia, sumptus et apparatio vestimentorum, abest quæstus: nulla hic docentur vitia, nulla datur cauillandi occasio; honesta omnia, utilia omnia atque etiam pro ætatis ratione decora. Nihil ex theatro comicò reliquum, nisi theatrum ipsum s. locus quilibet editior sat amplius, et simulatio personarum ficto sub nomine: quod posterius uti circum-spectionem et prudentiam in persona alterius honeste agenda in primis acuit, parrhesiamque non indecentem conciliat, ita subinde maiorem vestium ornatum et mutationem aliquam non tam exigit quam suadet. Actores ipsi, spe-ctaturi non se tantum, sed et alios, in propatulo cum suo sedent eccl., vt sic etiam comedie profanæ larua dematur. Quem in theatrum ordo prodire iubet, suo surgit loco, peractaque persona ad suam reddit classem. Præscripsit etiam vir prudenter ingeniosus hisce suis ludis scholasticis leges decem et octo, quas experientia ipsa subministravit, quibusque cautum est, quo minus ludentibus a scopo aberrare liceret, sed potius ludorum fines eo plures eoque certius obtineri possent. Ludos vero ipsos tum in Gymnasio Pataki-no Hungariae superioris tum temporis florentissimo A. 1650 et sequentibus, tum aliis in locis aperuit, magna cum admiratione atque comprobatione omnium. *

Iam

* Quo id successu factum sit, ipse auctor (*cuius quanta fuerit modestia, qui scripta eius didactica legerunt, scunt et mirantur*) in prefatione comedialis hisce litterariis premisſa, hunc in modum narrat. „Non vanam fuisse eorum commendationem, ecce nunc tandem captum experimentum ostendit. Nam primo tanta est facta ingeniorum in discipulis ad alacritatem excitatio, quantum nemo sperasset. Quippe audidissimi facti sunt talium exercitorum, parati, ordinariis studiis in suo cursu relictis, extraordinaria hæc discere. Quod ah quam pulcrum incisus

Iam diu multumque Viri rei scholasticae amicissimi et apprime gnari per-
spectarunt, vt esset aliquando genuinae methodi peritus et prudens, qui, otia
scholasticae nactus, aureos hos Comenii libellos, quoquot ad methodum lin-
guarum pertinent, puriore donaret latinitate, eosque ad hodiernum seculi ge-
nium et necessitatem accommodaret: quia vix sperare licet, confici vnuquam
posse meliores, si ab his naturae vestigiis, quæ Comenius accurate cogitateque
pressit, discesseris; sive fasciculos, sive chrestomathies, sive compendia lati-
niratis alia, quæ ad lectionem ipsorum auctorum preparare debent, me-
diteris.

Vnum adhuc superest solemnum loquendi agendique exercitorum ge-
nus, quod plerisque in locis vnu maxime inualuit, et etiam apud nos fructu
suo arque commodis præ reliquis sese commendat: *Aetus videlicet Oratorii.*
Hi, si recte instituantur, quod ab illis iure exspectatur, praefant: scilicet vt
inuentus libere discat et sine metu dicere, vocem etiam et vultum gestumque
cuni venustate moderari. Nimirum omnia declamandi exercitia: maxime ve-
ro publica, non eloquentiae sunt sed loquendi potius exercitia, nec vnuquam
Orationis copiam, ornatum, vim propriam et facilitatem praestabunt, sed elo-
quendi libertatem, alacritatem animi promptiorem, sermonisque, vel si mauis,
loquelæ decus ac virtutem. Quemadmodum vero optima quæque exercitia
eatent tantum prodesse poterunt, quatenus recte ac prouide instituantur, di-
riguntur atque fini suo prudenter accommodantur: ita in ludis id genus in-
primis scholasticis caendum est sedulo, ne utilitatis suæ quidquam amittant;
magis vero adhuc, ne incommodorum detrimentum eriam rei scholasticae plus
adferant quam fructus. Fieri id potest perquam facile et opinione celerius,
dum nihil horum metuimus. Quod vt nostri cognoscant melius, rebusque
suis prouideant: aliquas tantummodo norabo aberrationes, quæ emolumenta
inde exspectata ni tollunt penitus, certe vehementer remorantur.

Res

„inertis orii et petulantia, de quibus alias querimur, antidotum! Sed et concita-
tiores se factos Praecipentes ipsi, totaque studiorum cohors palam ostendunt.
„Immo parentes, qui suos heic produci viderunt, in meliorem spem excita-
tos exultare vidimus. Et prodiderunt se iam egestie ingenia quadam, quid
„ab illis exspectandum sit, si perpoliri continent. Parrhesie denique pulchra
„confeximus exempla (michi certe cum admiratione): quomodo etiam bino
„tantum primo exercito promoueri eo potuerint quidam valde rusticò pudore,
„vt cum ante vix conspectum aliquius honesti ferre posset, quorsum manus aut
„oculos verterent ignari, nunc iam integri theatri pulchre sustineant oculos etc.
Inter regulas Auctorum hanc imprimita commendauit Ludimoderator eximius, vt, si
aliena actio effet narranda, id ipsum etiam actione gestibusque corporis tam li-
beret, adquate et perfecte exprimeretur, vt tanquam res vera videatur: „cum
„in hoc tota ludorum istorum ars consistat, vt auribus simul et oculis loquiamur.
„Gestibus loqui, bis loqui est, adeoque non tam verba quam res loqui: quod ani-
ma prorsus huius exercitiis est.“

Res omnis patebit quam clarissime, si finis *Aetuum Oratoriorum* iusta ratione determinetur atque conferatur cum mediis * ad finem ducentibus. Finis non est acquirendæ eloquentiæ (neque enim vel nobis meti ipsi vel aliis polliceri licet, quæ vera fieri nequeunt): sed pellendi ex animo timoris, atque concilianda in cogitando, loquendo et agendo publice modestæ libertatis gestuumque decentia. Iam de viis optimis circumficiendum omnino est, quibus ad scopos hosce pertinere licet certo, cito et facile. Id enim in Dei T. O. M. operibus quibuslibet obseruamus, eum media simplicissima, paucissima, scopoque accommodatissima adhibuisse ad fines obtinendos. Cum igitur, quæ adoranda eius est φιλωθρωπία, nobis permiserit, se etiam hac in parte imitari: semper nobis ea diligenda sunt media, quæ fini ex ase respondent, et, quoad præuidéri potest certa sufficiëta, nec plura nec pauciora. Cumque et gradus morbi, et medæ difficultas a multis pendeant rationibus mire que varient: hoc imprimis erit prudentiæ scholasticae, media hæc iam delecta æqua etiam, minime vero æquali, ratione dispergiri et adplicare. Ex his positis sequentia prono quasi alueo fluunt axiomata, sua ipsorummet luce radiantia.

I.) *Aetus oratorii inferioribus schola classibus æque* (ni potiori adhuc iure) debentur ac superioribus. Quo maturius enim malo cuiquam obuiam itur, eo facilius feliciusque expugnatur. Contra: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Millenis profecto caueremus in re etiam scholastica ærumnis, si vitium quodvis in primo quasi germe obseruare atque extirpare, saltem corrigere, vel liberet vel liceret. Principiis obsta, sero medicina paratur.

II.) *Aetus oratorii soli*, si etiam duplicarentur per classes singulas, apud adolescentes solito merculiosores, inertes ac torpidos minime gentium sufficiente ne ad morbum quidem pellendum, nequum ad comparandam eloquentiæ corporis vim ac venustatem. Quotidianis heic opus est exercitiis: iisque adhuc longe faciliiores, quam quæ in publico præstari possunt. Hinc est, quod in quibusdam scholis priuata quoque in præxi oratoria adhibentur loquendi agendique exercitia (singulis etiam, ubi opus, per classes singulas hebdomadis) maxima cum virtilitate discentium, docentiumque et parentum oblectamento.

III.) Quia iniquum est, multisque modis noxiū, teneræ ætati plures difficultates simul in loquendo et agendo obiicere: constat inde *Aetus oratorios eos fore utilissimos*, qui et de rebus iam notis et in lingua facilissima instituuntur. Certe institui non nisi magna cum circumspectione posse in lingua adhuc iusto

* Dabo voci yeniam potius, quam vitii aut plane exsilio opprobrium: dum nulla alia perfecte æqualis ex veteri Latio præsto est, quæ ubiuis substitui queat. Substitutione vero inæqualium uniuersum iniqua centetur. Subaudi, si libet, substantiua caussis, instrumentis, artificiis etc.

sto difficultiore et minus expedita facile intelligitur: nisi tenello oratori et lingue adhuc maximam partem ignota difficultates, et memoriae offensiones, et curam actionis anxiam, et conspectum auditorum insolitum, et multa alia onera simul obtrudere velis, quae animum perterreant, adfligant, in tedium et angores agant atque conturbent. Ita enim ludus hic scholasticus non ludus profecto esset, sed dolor atque cruciatus. Iure ergo, et amore, immo etiam necessitate ipsa legis ad instar est sanctum, ut, qui animi sui sensa satis latine satisque expedite scribendo proferre nondum didicissent, neutiquam suos ipsorummet labores, meditata atque scripta declamare sustineant, sed pensa potius ex auctoribus probatae latinitatis selectiora. Nam præterea, quod magna esset imprudentia, dum planum et expeditum patet iter, viam tamen sibi deligere salebrosam plurimisque molestiis impeditam (quod hic fieri): ille adhuc non longe certe abescer ab iniuitate, qui adeo sibi placeret, factus que sui immaturi eo vsque esset tenax, vcentones vel multo cum angore confascinatos exastutatosque, vel nulla cura, at multa ignorantia atque imprudentia in chartam coniectos magistro ex asse emendandos atque ad orationis dignitatem usque perpoliendos obruderet. Ne ille Praeceptorum suum, quem iuuare debebat, tediumissimis operosisimisque laboribus onerare non erubesceret: et quod imprimis indignum et succensendum est, laboribus opera preium nunquam ferentibus, immo certe nocituris. Hæc enim, hec profecto esset et barbara latinitatis, et stili horridi atque inequalis, et meditationis difficultime, et ærumnarum tædiorumque inutilium, damna tamen grauissima quoquoeverus diffundentis leges largissima. Cognouere hoc iam dudum viri in latinitate eruditissimi, scholasque a dolendis id genus sudoribus auocare, superditatis melioribus methodis, sunt anni. Et mirum sane est, ne id quidem adhuc consilis precibusque didacticis omnibus effici potuisse: tanta est vis et caligo præjudiciorum, tanta φίλαντια in suimetipsius molestiam et dannum tenacitas! *

B

Quod

* Possemus hec multa celeberrimorum virorum testimonia in medium adducere: qui, vbi declamandum est, etiam prœceptoribus, orationes aliorum vere latinæ propriis illorum scriptiōibus longe prætulerunt, tum ob formandum stilum, tum ob euentandam linguæ impuritatem, tum ob viruueriam orationis: vim atque nexum. Sed sufficiat vniuersum, publica auctoritatis. Constitutio scholastica Ducatus Brunsuicensis vti egregia paſſim suppeditat emendande rei scholastice confilia, ita etiam Art. I. §. 19. pag. 14 hanc pensorum ex probatis auctoribus ad memorie mandandum declamandumque substitutionem commendat, epiphonematis loco ad dens: „Diese Erlernung schöner Stellen ist einer von den größten Vortheilen, welche „man der Jugend zuwenden kann.“ Cl. FREYER VS progr. p. 577. Immo ne sic quidem, inquit, male agitur: si deponitam ex aliquo melioris note scriptor, re orationeūculam - - ediscere tiro inbeatur; atque hoc modo sub aliena, quam induit, persona referre, que antiquam illam et genuinam dicendi vim animo matre insinuant, ab inani ingeniorum scite ineptientium profluenta multo diuersam.“

Quod si igitur infirmioribus latinitatis tironibus pensa quædam latina ediscenda orandaque præcipi debeant: talia conquirantur oportet, quæ et argumento, et mensura, et filii qualitate, et reliquis omnibus non modo vniuersæ classi declamaturæ, sed et singulis eius membris, quoad eius fieri potest, conveniunt; ita enim apprime etiam fini accommodabuntur proposito. Nec quisquam tironum prius ediscendi initium faciat, quam pensum suum promte vbiuis explicare nouerit, eiusque versionem dederit et germanicam, et ubi consultum videtur, reciprocam. Qui enim rem iusto ordine prius didicit, facile is eriam verba eadem ordine memoria complectetur.

IV.) Exercitia declamandi non cuilibet discentium æque sunt necessaria, immo ne vtilia quidem pari ratione. Quia enim animi infirmitas, cui haec exercitia seu morbo mederi debent, vt et multa alia, gradu infinite variant: remediis quoque variandum diuersoque modo et mensura vtendum esse, quis inficiabitur? Constat vero hinc, electionem oratorum, sicubi ea opus est, non ab arbitrio tironum pendere posse, sed ab ipsa necessitate, prudentique cura atque distributione educantium: qui eos, quorum morbus est grauior, frequentius in scenam vocare; aliis vero vel rogantibus repulsam dare possunt, si æquum est et vtile. Quid enim medicina frequens ad sanum, saltem non valetudinarium? Et quis ægrotō sine damno subtrahat remedia, eo quod vel invito vel ingratō effente propinanda?

V.) Si in preparatione ad actum oratorium priuata eloquentiae corporis non omnis, indefessa et promptissima habeatur ratio; virtusque in voce, vultu, gestibus et vniuerso externo habitu in oratore libere stante facile obseruata, non omni studio corrigantur: caput rei neglegatum est, et finis totius actus oratorii palmarius. Hinc vero facile etiam colligitur, id genus emendationis apud plerosque nondum exercitatos non nisi adhibita corpori membrisque manu, et multis exemplis præeuntibus, perfici posse: proinde non solum in classe publica, inspectante reliquo ecclœ (vbi præterea citra temporis dispendium, tedia et incommoda multa absoluī nequirit) esse peragendum; sed magis adhuc priuarim, et sociatis, si opus, binis aut tribus infirmioribus, et disperita inter Collegas opera.

VI.) Actus oratorii, siue propriæ sint elaboracionis, siue liberi delectorum, si in disponendo, elaborando, corrigendo, describendo, ediscendo, tentando, et vlla alia ratione lectionibus derogant ordinarii; si tempora turbant diei ac noctis, si neglectui magis necessiorum viam patefaciunt vel plane causam dicere sustinent, si valetudini officiunt animi aut corporis, laborum, temporisque impensis fructu suo non exæquant: plus adserunt rei scholasticæ detrimenti quam utilitatis. *

His

* Notatu etiam heic dignum est Ciceronianum illud: „Ratione utique oratione prudenter, et agere quod agas considerate, omnique in re, quid sit veri, videre et tueri decet; , con-

His vero omnibus optime cauetur: si nihil iusto *tardius*, iusto *difficilius* nihil, nihil quod *ninium*, nihil quod *inutile*.^{*} Sed quo abripior? Sistam gradum: reuersurus ad eos, quorum caussam in me suscepi agendum.

Sunt hi iuuenes florentissimi tres, spe eximia ingeniorum, studiorum, morumque cultura commendandi: qui decurso legitime in hac litterarum palestra stadio, abitum parant ad altiora subcellia: atque a nobis, ut par est, solemnii cum amoris speique testimonio, gratulaburdo et amicissimo dimittuntur animo. Versati inter nos sunt FRIDERICVS Vörner, Lipsiensis, per duos ac dimidium et quod excurrit annum; CONRADVS SIGISMUNDVS L.B. a Zedlitz, Silesius, per annos duos ac dimidium; IOANNES AVGUSTVS ab Häseler, Eques Magdeburgicus, per annos duos: versati magna cum assiduitate atque decenter. Prius quam abeant, gratum in Deum immortalem animum, quantumque etiam illis, quorum sub moderamine, curis atque laboribus adhuc profecerunt, debeant, publice testari constituerunt. Specimina simul operæ scholasticae exhibuntur, verba facient: *Iste, de commodis ex crebra natalis memoria, latine; Ille, de commotionibus animi ad mentis limitata felicitatem admodum necessariis, germanice; Hic, de infelicitate eorum, qui bonorum futurorum exspectatione plane carent, latine.* Quare et ego publico omnium nomine PATRONOS atque AMICOS rei scholastica litterariae multa cum animi obseruantia honorisque debiti testificatione rogo, ut cum hisce orationibus ultimis beneuole audiendis, tum lustrationi iuuentutis nostræ, quoad per negotia licuerit, interesse dignentur. Quod reliquum est, quemadmodum vale dicentibus integerrimum æque ac tenuerrimum amorem publice testari pollicerique nulli intermitimus: ita eos diuinæ commendamus gratia, spe freti, fore, ut quas iactis adhuc fundamentis superstructuri sunt studiorum ædificationes atque systemata, DEO propitio feliciter ad finem perducant exoptatissimum, desiderioque et exspectationi SVORVM ex ase satisfiant. Dabam in Pædagogio Regio

26 Mart. cl̄o Iccc xxxix.

„contraque falli, errare, labi, decipit tam dedecet, quam delirare et mente captum
“ est. I. Offic. c. 27.

* Commandandum hic est Cl. FREYERI programma de mensura sermonis scholastici,
ei. p. 575, eiusque monitio iterata p. 681 sqq.

ORDO

ORDO EXAMINIS

DIE XXVIII MARTII

AB HORA VIII AD XII.

- | | |
|---|-------------------------|
| 1) Classis theologica IV. | 2) Latina IV et V. |
| 3) Latina III. | 4) Theologica selecta. |
| 5) Latina, philosophica et oratoria selecta. Sequerur | |
| 6) Oratio valedictoria prima, <i>de commodis ex crebra natalis memoria.</i> | |
| 7) Oratio valedictoria secunda, <i>de commotionibus animi ad mentis limitatae felicitatem admodum necessariis.</i> | |
| 8) Oratio valedictoria tertia, <i>de corum infelicitate, qui bonorum futurorum expectatione plane carent.</i> Hanc excipiet HELMVTH BVRCHARD HARTWIG a Molzahn, Eques Pomeranus, abuentibus breui sermone germanico gratulaturus. | |
| 9) Latina II inferior. | 10) Latina II superior. |

AB HORA II AD V.

- | | |
|------------------------|-------------------|
| 1) Theologica III. | 2) Græca III. |
| 3) Oratoria germanica. | 4) Græca II et I. |
| 5) Latina I. | 6) Geographica. |
| 7) Arithmetica. | 8) Logica. |

DIE XXIX MARTII

AB HORA VIII AD XII.

- | | |
|--|-------------------------|
| 1) Theologica II. | 2) Gallica III. |
| 3) Poetica latina III. | 4) Gallica II inferior. |
| 5) Poetica latina II inferior. | 6) Gallica II superior. |
| 7) Anatomica. | 8) Gallica I. |
| 6) Physica experimentalis et preparatio chymica. | |

AB HORA II AD V.

- | | |
|---|------------------------------------|
| 1) Theologica I. | 2) Poetica latina II superior. |
| 3) Mathematica II. | 4) Poetica latina I. |
| 5) Mathematica I. | 6) Preparatio in materiam medicam. |
| 7) Repetitio historica per classes quatuor. | |
| 8) Praeparatio geometrica. | |




Ja 3011
St


1018
VDR

Arth F
100





Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Q. D. B. V.

DE

ACTVVM ORATORIORVM
IN RE SCHOLASTICA
TILITATE ET DAMNIS
PAVCA PRAEFATVS

AD

EXAMEN IVVENTVTIS SOLEMNE
IN PAEDAGOGIO REGIO

AD DIEM XXVIII ET XXIX MARTII CL XXXXIII
CONSTITVTVM

ORATIONES QVE VLTIMAS
CLASSE SELECTA VALEDICENTIVM

BENEVOLE AVDIENDAS

REI SCHOLASTICAE
ATRONOS ATQVE FAVTORES
PEROFFCIOSE ET HVMANITER

INVITAT

GEORGIVS SARGANECK
INSP. ADIVNCTVS.

HALAE MAGDEBURGICAE

LITTERIS IOANNIS IVSTINI GEBAVERI ACADEM. TYP.

56

6f.